



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Contritio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Omnem autem super quem videris Thau, ne accedaris. Ibid. In animo contrito & spiritu humilitatis suscipiantur. Dan. 3. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum. Isai. 62. Dole (contrito) & satage (satisfactio) filia Sion, quasi patturiens. Mich. 4. Deponet omnes iniquitates nostras, & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. 7.

SENTENTIAE PATRVM.

Recte poenitentem, quidquid post purificationem contraxit for- dis, oportet vt abluat saltem lachrymis mentis. Sciat se culpabiliter durum, qui deslet mortem amici, vel damna rei temporalis, & dolo- rem peccati non ostendit in lachrymis. Non est ergo, vt quis se ex- culset, se non habere fontem lachrymarum, qui lachrymis ostendit dolorem temporalium. Aug. lib. de Penit.

Ad poenitentiam agendam non sufficit mores immutare in melius, & a factis malis recedere, nisi etiam de his, quae facta sunt, satis- faciat per poenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantis elemosynis. idem.

Sicut poenitentiae comes dolor est; ita lachrymae testes sunt do- loris. idem. O humilis lachryma, tuum est regnum, tua est potentia. Adspe- ctum iudicis non vereris. Inimicis accusantibus silentium imponis. Sola intras ad regem, sed sola non recedis, vincis inuincibilem, & li- gas omnipotentem. idem.

Quanto est quilibet sanctior, & desiderii sancti plenior, tanto est in orando fletus vberior. Aug. de civ. Dei lib. 20.

Sine charitate quomodo quis veram cordis contritionem habe- re poterit? quomodo ergo relictorum remissionem. Aug. lib. de Pe- nit. 5. hab. de pen. dist. 2. Char. 5. Quia apud Deum.

Petrus doluit & fleuit: qui errauit vt homo. Non inuenio quid dixerit. Scio quod fleuit, lachrymas eius lego; satisfactionem non lego. Haud plura in distinct. de poen. citantur. Sed quod de se di non potest, lachryma veniam non postulant, sed merentur. Amb. super Luc. 5. hab. ibid. can. Per.

Alia est compunctio siue contritio quae per amorem nascitur, alia, quae per timorem: Quia aliud est supplicia fugere, aliud praemia desiderare. Saepè quod torpentes latuit, fletibus innotescit, & afflicta mens certius inuenit malum quod fecerat, & reatum suum, cuius secura non meminit hunc in se commota deprehendit. Greg. 1. 8. Moral.

Quo vberius culpa fletur, eo altior cognitio veritatis attingitur. Quia ad viuendum internum lumen, polluta dudum conscientia lachrymis baptizata renouatur. Greg. 1. 21. Moral.

Qui nescit lugere quod grauat, non valet proferrè, quod suble- uat. Vis compunctionis poros cordis aperit, & pennas virtutum fundit. Cumque se studiose mens de pigra vetustate redarguit, ala- cri nouitate iuuenescit. Greg. 1. 21. Moral.

Compunctionis duo sunt genera, quibus anima Deum sitiens prius timore compungitur, post amore. Prius enim in lamentis sese afficit, quia dum malorum suorum recolit, pro his perpeti supplicia aeterna perimescit. At vero cum longa moris amaritudine fuerit formido consumpta, quadam iam de praesumptione veniae securi- tatis nascitur, & in amore caelestium gaudiorum animus inflama- tur. Et qui prius flebat, ne duceretur ad supplicium, postea ama- rissime flere incipit quia differtur a regno. Greg. lib. 5. Dialog.

Quatuor sunt qualitates, quibus iusti viri anima in compunctio- ne vehementer afficitur. Cum aut malorum suorum reminiscitur, considerans vbi fuit, aut iudiciorum Dei sententiam metuens, & se- cum quaerens, considerat, vbi erit, aut cum mala vitae praesentis at- tendens solerter, mœrens considerat vbi est: aut cum bona supernae patriae contemplatur: quae quia nec dum adipiscitur, lugens conspi- cit vbi non est. Greg. 1. 23. Moral.

Quisquis ergo verbum confessionis in ore habet, & in corde non habet, aut dolosus est, aut vanus. Qui vero in corde, & non in ore, aut superbus est, aut timidus. Bern. de nou. mil.

Vnguentum est contritionis, est vnguentum deuotionis, est vnguentum pietatis. Primum puugituum, dolorem faciens: secundum temperatiuum, dolorem leniens; tertium sanatiuum, morbum expellens. Bern. sup. Cant. ser. 10.

Sola compunctio est, quae facit animam hortescere purpuratam, desiderare elicium, amare lachrymas, fugere ritum. Sicut impos- sibile est, vt ignis inflammetur in aqua: ita impossibile est, com- punctionem cordis vigere in deliciis. Contraria enim haec sibi sunt inuicem & peremptoria. Illa enim mater fletus, haec mater est ri- sus. Illa cor confringit, ista dissoluit. Ioan. Chrysof. in l. de comp. cordis.

Non dolore, quia peccaueris, magis indignari atque irasci facit Deum, quam id ipsum, quod ante peccaueras. Ioan. Chrysof. sup. Matth. hom.

Gemitus dictus geminatus lactus, quem merito fideles appetit, quoniam diligentes consolatur, poenitentes emundat, diabolum ef- fugat, Christo conciliat: amaritudo dulcis, lachrymae felices, salutis afflicto. Cass. sup. Ps. 6. Laborans in gemitu meo.

HISTORICA EXEMPLA.

Historical examples of contrition, including references to various figures and events.

Contritio.

DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

Definition and etymology of contrition, explaining its Greek and Latin roots.

SENTENTIAE BIBLICAE.

Biblical sentences and references related to contrition, such as 'Anna amaro animo, orauit Dominum flens largietur'.



